



Aug VI 182

Occasionalia  
p. 111  
vol. 22  
W-182.

W-182



NOBILISSIMO, CLARISSIMOQ.  
VIRO-IVVENI,  
DOMINO

CAROLO  
RODOLPHO  
MOEHRINGIO,

Serv. Anhalt.

VITEMBERGENSI MEDICORVM ORDINE  
d. XXIV. Nov. A. O. R. clolcccVI.

Amplisimis

LICENTIATI

in ARTE MEDICA

Honoribus et Privilegiis iure meritoque  
solemniter decorato ,

gratulantur

SEQUENTES.





**I**ndue quem MEDICI primum tibi grator honorem,  
Atque tua morbos sedulus arte fuga.  
Viue, medere, doce longos, MOEHRINGE, per  
annos,  
Spes patriae, et generis non moritura Tui.

*gratulabundus scrib.*

Io. Henricus Feustking, D.

*Seren. Princ. Seruest. a. Consiliis ecclesiasticis, Concion. aulicis, et  
Confessionibus prœd. nec non Sacrorum in Anhaltinatu Cisa-  
lino Antistes.*

**E**Xcitat, ecce! gradus mentem, charissime Fili,  
Hinc studio pergas, praemia digna manent.  
Sis Medicus felix! Benedictio summa Iehovae  
Agmine perdulci Te recreare velit!

*Sic admonet et docet Pateris*

M. P. H. Moehring, Archi-Diaconus

*ad Templum Arcis, ut et Ministeris Evangel. Luther-  
quod Seruestae est, Senior.*

**T**E quoque, *Moehringi*, Medicus, qui dicitur,  
Ordo  
Incipit ex merito, ut fas est, extollere in altum.  
Hoc iuvat, hoc laudi est firmæ. Pater ipse reportat  
Curarum fructum, Nati dum gaudia nata  
Ex studiis cernit, docti munusque laboris.  
Gratulor: adiciat Dominus nova gaudia mentis!

M. Adam. Chr. Chemnitius,

*ad D. Barthol. Diaconus.*

VIR-IVVENIS  
NOBILISSIME, CLARISSIMEQVE,

D. CAROLE RODOLPHE MOEHRINGI,

ART. MEDICAE CANDIDATE DIGNISSIME,  
AFFINIS ET AMICE MVLTIS MIHI NOMINIBVS  
COLENDE,



Ompertum habeo, et idonei morum  
disciplinae testes et iudices loquuntur,  
triplex omnino bonum, animae aliud, a-  
liud corporis, fortunae aliud dicendum  
esse. Et hoc ipsum in primis est, quod  
humanas spes alit, et Numinis auctoritate se tuetur,  
omnique in Republica hominum ordini iniungit, ut  
suo quisque loco sua munia obeat, dataque divino  
nutu negotia omnium optime administret. Sigilla-  
tum animae bona Theologus, corporis Medicus, for-  
tunae quidem ICTus curat, ac, quantum rationes hu-  
manae ferunt, singulari quisque contentione con-  
ninitur, quo viam sibi munit, ut eorundem robur cum  
dignitate prudenti prorsus consilio defendat. TV,  
Amice honoratissime, cum variam eruditionem va-  
riis haecenus accessionibus cumulaveris, artique sa-  
lutari operam dederis, condignam mihi expectatio-  
nem facis, fore, ut, cognita corporis humani consti-  
tutione, pariter ac membrorum et dispositione et  
conformitate, praedicta corporis bona ingenuorum  
applausu non modo promoturo, sed et pernicie in hu-  
mani generis ad scientiae TVAE praescriptum de-  
pulsurus sis. Age igitur, Candidate merentissime, a-  
nimi nervos intende, paratam aegrotantibus salutem  
affer, tot morbis pressos mortales arte TVA erige,  
auxilioque TVO erectos confirma. Quod superest,  
maeste honore TVO, quem Ordo Vitembergensium  
Medicus ex merito confert; maeste studiis, quae a  
Viris eximiis, omniique doctrinarum genere abun-  
dantibus ortum ducunt. Optant, me Interprete, sin-  
guli, qui abs TE opem petunt, uti feliciter non mi-  
nus, quam ex animi sententia collatus TIBI honor  
cedat, uti TE novo ornamento decoratum DEVS  
Immortalis certissimis et animae, et corporis, et for-  
tunae bonis auctum praestet. Ita vale, Affinis et A-  
mice multis mihi nominibus colende, et fave

Ioanni Christiano <sup>TVI officiosissimo,</sup> Buchau Adv. Serv. Ordin.

**D**ieff eine schwache Hand iest frohe Worte schreiben?  
Da Seele, Geist und Muth in Furcht und Aengsten schwebt/  
Da Pulver, Bley und Stahl die Feder will vertreiben/  
Die flüchtig, wie wir selbst, in unsern Händen bebt/  
Wo Bluth die Schwerdter nest, und schwere Stücken knallen/  
Da muß die Feder bald aus unsern Händen fallen.

Doch schreib, betrübte Hand, obgleich mit Furcht und Zittern/  
So lang die Dinte noch durch leichte Federn fließt/  
Der Himmel dräut uns zwar mit schweren Ungewittern/  
Du aber weißt, daß Er als denn am schönsten ist/  
Wenn nach vollbrachten Streit die Winde, Bliz und Regen  
Selbst vorder Sonne stehn und sich zu Ruhe legen.

Drum schreib, doch was? und wie? so gut es dir will fließen:  
Tauch deine Feder erst in reines Freuden-Del/  
Und schreibe **Werthher Freund!** verlangestu zu wissen/  
Warum ich reines Del statt trüber Dinte wehl/  
Die Feder soll anist Dein großes Lob beschreiben/  
Drum will sie schwarzen Saft nicht durch den Schnabel treiben.

Des Himmels Gnaden-Hand schreib keine schwarze Zeichen  
In des Glückes-Buch zu deinen Nahmen hinn/  
Wir sehn dich höchstvergnügt das hohe Ziel erreichen/  
Darauff du hast gefest den Tugendhaften Sinn.  
Drum schreibt Apollo dich heut in das Buch der Weisen/  
Mitt Caffe, der mit Recht kan fließend Umbra heissen.

**M. G. Bösher.**

---

**M**ox cathedram scandis Sapientū, *Praeside Fratre,*  
Mox placet ex Medicis publica verba loqui.  
Quid quaeso mirum? quod praemia grata sequantur.  
Contulit haec meritis Leucoris Alma Tuis.  
Euge! Tuis coeptis, **FACTOR,** benedicat Iöva;  
Hinc veniant aegris commoda mille, precor!  
M. Christianus Godofr. Biefenbruchius,

Serv. Anhalt: S.S. Theol. Culr.

---

**P**ulpita docta petis, **VATERO** Praeside, Frater,  
Vt Tibi donetur praeclara Licentia, honores  
Summos in Medicis capiendi: Gratulor ergo,  
Vt decus hoc ingens felici sidere cedat.

Haec apponebat Fratri Frater,

**Anton Günther Moehring, Phil. Stud.**

Ung. VI 182

FLCN





NOBILISSIMO, CLARISSIMOQ.  
VIRO-IVVENI,  
DOMINO

ROLO  
OLPHO  
HRINGIO,

rv. Anhalt.

a  
SI MEDICORVM ORDINE

ov. A. O. R. clbcccVI.

Amplissimis

ENTIATI

ORTE MEDICA

Privilegiis iure meritoqve

niter decorato ,

gratulantur

QVENTES!

